

affolent campanas. Harum igitur pulsatione, nihil non effici,
contra ipsos Dæmonas quoq; posse, strenuè nugantur. Riden-
dus *Helmontius est*, qui (loc. supr. cit. p. 75.) non parùm ad a-
vertenda tonitrua, *exorcisatum salem campanarumq; ventilatio-*
nem conferre statuit. Quo nomine formulam Ecclesiæ (suæ
nempe) adducere non verecundabatur. Adscriberemus lo-
cum, sed indignatio bilem movet, & brevitatem poscit
scriptio. Nec refutandi tales, sed publicis, pro
saniori mente, precibus vi-
dentur digni.

TIBI DeVs opt! Me stet gLoria aChonor!

N *Empe dedisse suum satis haud est nomen amicis*
Castalidum Castris : prælia miles adit.
Dum facis hoc, ESEBECIADES, Phæbéaque pugnas
Prælia, ne meritis grata brabea feres.

Profilio suo dilectissimo, gratulab.

JOH. LEONHARDUS LOHBAUER,
WörmlizI propè Magdeburgum
Pastor.

Ad

Humanissimum & magna spei Juvenem,
DN. JOHANNEM SAMUELEM ESEBECIUM, *amicum atq;*
Conterraneum per dilectum.

F *ulmina cum Tonitru, divini signa furoris,*
Erectâ mecum mente manuq;ve colis.
Ardua pertractas, ESEBECI, spernis inane
Vulgus, & ad magni nominis omen abis.
Númne ego te celebrem? Sileo. Cur? laudat Apollo,
Laudat TE Virtus, te Witeberga canit.
Pergendum est! constans, & qui benè finiit ausûs,
Cum plausu tandem præmia digna refert.
gratulabundâ mente

Meteorol. 350, 16.

PRÆSE